

Conciones, Siue Conceptvs Theologici Ac Praedicabiles, In Omnes Totivs Anni Dominicas

Opvs Novvm Figvris, Allegoriis, Similibvs Ex Sacris profanisq[ue]
Scriptoribus pleniſimum, cum occurrentium fidei controuersiarum
tractatione.

De quatuor Hominum nouissimis - Qvi Qvidem Sacri Adventvs Qvatvor
Hebdomadis accommodati: Sed & Concionvm Fvnebrivm materiam
abunde suppeditant

**Besse, Pierre de
Coloniae Agrippinae, 1620**

Sabbato post Domin. 3. De damnatorum infelici forte, quorum numerus
ingens sit, & nullis viuorum precibus iuuari possint, nec vero viui pro iis
orare debeant.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56226](#)

plicia condemnatur. Quis enim a quo animo ferat, o Redemptor animarum, in æternum castigari, perennibus in suppliciis versari, perpetuo incendio apud inferos excruciar? quis ita marmoreus, æneus, aut ferreus inueniatur, qui hæc omnia infraicto animo perferat? tor noctes longissimas in continuo incendio versetur, tor annos hanc dæmonū & pœnarum violentiam sustineat, semper in ignibus iaceat, prunas candentes calcet, in iis extensus sit & sepultus: dæmones insulantes, torquentes, ad torquendum socios inuitantes noua tormenta commiscentes cernat: audiat quoque furias illas, conuictia, contumelias & opprobria euomentes? Quis, inquam, hæc omnia æquanimiter sustineat, quis non ad insaniam redigatur; quis habens furoris non laxet? O æternitas, o æternitas! Tu igitur nos defende ac protege Domine, & loco æterni supplicii, ad æterna nos gaudia perducito: hoc scilicet est quod speramus, in hoc omnem nostram beatitudinem sitam arbitramur, ad quam nos deducat, & Pater & Filius, & Spiritus Sanctus Deus, qui in sæculorum sæcula est benedictus. Amen.

S A B B A T O:

DE INFELICI DAMNA-
torum sorte.

Partitio.

- I. Quod damnatorum extrema sit infelicitas.
- II. Suffragia fidelium damnatis nibil profundunt.
- III. De numero damnatorum.

Memorare nouissima tua, & maxime, quanta sit damnatorum apud inferos miseria & infelicitas, & in æternum non peccabis, Ecclesiast.

F I G V R A.

Isa. 24. ISAIAS Propheta, qui tum lingua rum capitulo octoginta annis Iudeorum Synago-

gæ præfuit, cuiusque historia magis Euangelii quam prophetæ speciem, ut quidem Paulum. Hieronymus ait, præferrit, obsecrum aliquando carcerem descripsit, in quo variis captiui, omnis spe relaxationis priuati, detinebantur. Cum loci huius interpres consulrem, repetit veram hic damnatorum eorumque fortis imaginem proponi, qui nimis laesa diuinæ maiestatis rei carceribus infernalibus, omni sole amplius videndi, libertatisque ad ipsendæ spe exclusa, mancipati sunt. O rem deplorandam, o sortem infeliciam ac miseram! Ah vere calamitosos, quinque ad hanc subeundam condemnati sunt! Hanc ipse hodie in die vobis audiens latius exponam: modo lingua verborumque meorum directori Spiritui Sancto, adele dicenti, & sacratissimæ Virginis intercessione succurere, non graue videatur. Antequam igitur ulterius pronehamur, ad cam vota nostra dirigamus, dicentes una vocem:

A V E M A R I A.

Neminem vestrum esse putem, Auditores, qui non commouecatur, & ad commiserationem excitetur, dum tristem Sampsonis viri strenuissimi casum legerit: quis enim non admiretur & obstupefat, cum fortissimum ducem à Philisthiis captiuum abduci, ignominiaque affici, videt, ut & comam ei toronderint, oculos eruerint, manus pedesque vinxerint, in prisnia cum compegerint, quo ita omnium ludibrium factus & spectaculum, hostium risui & sannis expeditus, in amaritudine vitam terminaret? At si damnatorum sortem & calamitatem audieritis, statutis profecto Sampsonis miseras calamitatesque pueriles & ludicas cum his si conferantur, videri. Quis namque admiratione audiat, videat, & credat, tot potentes & locupletes, opibus turgentibus, honoribus cumulatos, deliciis affluentibus, ad tantam miseriam redactos esse, vt à damnibus hostibus iuratissimis captiui abduci sint, volupatibus priuati, intelligendi vi spoliati, manus pedesque vincti: & æternarum pœnarum rotæ alligati, vt in miseriis & ætus,

& æramnis vitam hanc fatalem sine fine finiant.

Lib. 2. de a- Hoc olim diligenter meditatus magnus ille Hugo de S. Victore, ita quodam in loco numia,

Psal. 28. scribit: *Quis putas tunc major erit? qua tristitia, cum separabuntur impy à confortio sanctorum, & a visione Dei & traditi in potestate, ibunt cum ipsis in ignem aeternum; ad rotam æternitatis alligati. Hinc porro imprecandi aliquibus mala occasionem sumpsit Psalmographus, dicens: Pone illi s. vi rotam, verba quidem pauca, sed prægnantia, quæq; hunc sesum reddunt; semperne vinetas manus habebis, Domine, semperne patiens eris?* nunquamne iustitiam exercebis? semperne impune peccatores habebunt? iam satis superque indulatum est, fulmina ejaculare, inferni claustra refera, abyssos præpara, reos condemnata, & æternitatis illos rotas aligata.

4. Reg. 27. Sexcenties mihi Sedechiæ Regis calamitas lachrymas excusit; est enim oculus gravis, principem potentissimum, amplissimi regni postficiem, in Babylonico carcere vide re ingenscentem, pœdore & squalore obsatum, oculis orbatum, filiis & domesticis gladio interemptis spoliatum, catenis vincatum; cuius adhæc regnum incolis nudatum sit, & metropolis ciudem igne succensa, cives in captiuitatem abducti. At profecto, quicunque oculos in lamentabilem damnatorum sortem coniecerit, maiorem lachrymandi occasionem inueniet, nihil enim tristius ac magis deplorandum audiri queat, quam tor Reges, Princes, Monarchs, aliasque innumeratos, in potestate dæmonum redactos, grauibus vineulis alligatos, in animæ facultatibus excruciat, regna eorum in prædam data, suppliciaque eos varia perpeti, idque in aeternum, sine villa liberatiois spe. *Quis talia fando temperet à lachrymis?*

Iob. 8. Et quoniam lachrymarum mentio incidit, aliud de istud depromam. Eliphas Thebanites, Baldad Subites, & Sophar Nazmanites, amici Iob Prophetæ, cum adrantas eum redactum angustias viderent, ut in sterquilinio federet, ulceribus putidissimis

scatens, adhæc sanie exsudaret, facultatis omnibus & filii orbatus, & à Satana denique violenter torqueretur: ita consternati sunt, ut præ admittance in terram corruptentes, astide lacrymas & gemitus ediderint, cineribus sece consperferint, vestes considerint, idque septem diebus & noctibus, ut nemo ei vel verbum loqueretur. *Quis adeo durus & saxeus reperiatur, Domine, quis adeo stoicus ac rigidus, & ab omni affectu alienus, qui oculos interdum in damnatorum animas coniiciens, eorumque sortem accuratius perpendens, ut scilicet omnibus facultatibus nudati sint, gloria nimis cœlesti, visione Dei, Angelorum confortio:* ut mediis in flammis constituti, insectibus & plagiis variis fauciati, & a dæmonibus miserum in modum afficti; a fletu temperet, & præ stupore non penitus obmutescat?

Gregorius Magnus hunc me conceptum *In Homili* edocuit, qui ita secum interdum ratiocinabatur, itaque meditationem instituebat: *Cum recogno Iob in sterquilino, Ioannem esse rientem in eremo, Petrum extentum in patibulo, Iacobum decollatum ab Herode gladio; cogito qualiter Deus in futuro cruciabit quos reprobat, quis a dure affligi quos amat, o sancta & beata contemplatio!*

Fuit, referente Ioanne Climaco, religio- Religio-
sus quidam, qui poenæ infernales ac suppli- sus quidam
cia tartari in tantum meruebat, ut nunquam semper
ignem videret, quin semper lachrymatur; plorabat,
solus ecce conspectus signis eum percellebat, quoties
& vultus pallorem inducebat; cuius causam ignem vi-
rogatus aliquando, respondebat: *Ex huius derer.
ignis contemplatione semper in incendij memoriæ componor.* Et merito quidem, neminem
esse putem, qui interea dum oculis corporis
ignem nostrum materialem contemplatur,
eadem opera oculos animæ ad infernalem
reflectit; quin mox singultat, lachrymasque
effundat.

Hoc ipsum suadet & Ioannes Chrysostomus Græcorum Patrum phoenix; ita namque sui temporis Christianos allocutus est: *Coguemus, quantum sit malum in conflagratione
FF 2 perpetua;*

perpetua, in tenebris, in luctu infinito, & den-
tum fratre, nemine exaudiente? Aliiquidne
igitur calamitosus, aut magis miserum di-
ci aut fangi potest. Addit deinde hanc simi-
litudinem: Cum nobilis aliquis, aut princeps
in carcere coniicitur, eumque putidum &
obscenum, quidquid ibi conspicitur horro-
rem ei & cruciatum adfert, ipsa scilicet ma-
leficorum societas, loci fætor, & vincula
cum latronibus, furibus, homicidis, & scele-
ratis communia, adeo ut mortem subire, quā-
diutius in eodem commorari malit. Quan-
tum igitur dolorem afflictionemque sentire
debent anima damnatorum, quæ in carcere
illo infernali coarctatae tenentur, perpetuis
in tenebris, & fætoribus versantes, inter om-
nes totius orbis homicidas, latrones, sa-
cilegos, atque maleficos positæ an non vere
emori satius foret, quam omnia hæc in æ-
ternum perferre?

Damna-
torū sortis
genuina
defici-
ptio.

Ecclesi. 7.

Profecto nihil fangi, aut excogitari ipsa
potest damnatorum forte acerbius, aut ca-
lamitosus. Ipsi enim sunt malefici, qui no-
sti diuque excruciantur, sunt captivi in
profundissimis mundi recessibus, in qui-
bus nulla lux aur splendor, conclusi, sunt
rei, qui omnia tormentorum genera expe-
riuntur, sunt denique creaturæ vere miserae
& infelices, que sine vilo solamine aut
leuamine affliguntur, sine villa commisera-
tione torquentur, sine villa relaxationis
spe apud inferos agunt. Quarum tanta cal-
mitas est, & miseria, ut si anima nostra
eandem perpetuo recordaretur, numquam
creatorem peccando offendetur. Ita enim
censuit Salomon: Memorare nouissima tua, &
in aeternum non peccabis. atque hoc ipsum est,
quod hodierna dic. explicandum suscepisti,
quod ut methodice & ordine debito fiat,
primo demonstrabo, num preces & suffragia
viuorum damnatis prodesse queant, ac de-
inde quantum apud inferos eorum sit nume-
rus: & ex utroque hoc facile colligitis, nul-
lam in orbe creaturam dari posse, quæ cum
hisce tum infelicitate, tum calamitate com-
parari queat.

II. Omnis prioris questionis controversia ac-
Num vi. difficultas in eo sita est, num s. viuorum pre-

ces Ecclesiæque suffragia damnatis prodes-
sentium se, eorumque tormenta subleuare queant. preces da-
Partem affirmantem confirmare videntur ve-
terum Anachoretarum res gestæ, ac Ioannes proficit.
Damascenus. In illis namque legitur Macha-
rius Eremita, mortui caluariam per viam re-
perisse, & interrogasse, quisnam olim fuisset,
ipsaq; miraculose respondisse, se esse Sacer-
dotis cuiusdam idolorum, qui modo apud
inferos damnatus esset, caluariam, addidis-
seque, preces sanctissimi illius viri aliorum
que aliquod leuamen animæ suæ lenimenq;
tormentorum solitas asserre.

Damascenus porro scriptis prodidit, Gre- In Samon.
gorium Magnum quodam tempore pro Tra-
iani Imperat. Romanorum anima, quæ apud
inferos propter idolorum cultum, & exer-
citam in Christianos laxitiam, aliaque sce-
lera honestis & castis auribus grauia, cru-
ciabatur, orasse, vocemque cœlitus audisse:
Vocem tuam audiui, & veniam Traiano do.
Atque eam, opinionem, totius Orientis &
Occidentis testimonio comprobatam affer-
it, quasi nullus de ea dubitandi locus reli-
ctus sit. Porro è duabus hisce historiis, nisi
veriori opinione refelleretur, efficeretur, or-
ationes & vota viuentium aliquam damna-
tis virilitatem afferre, suppliciaque eorum
posse immunuere.

Verum, his nequidquam obstantibus in-
uiolabiliter Ecclesia credit, Sacra Scriptura
certissime afferit, omnesque Patres vana-
mi consensu docent, preces nostras & suf-
fragia nullam iis utilitatem aur solamen af-
ferre. Testabitur hoc, cæterorum loco, ma-
gnus ille Arcopagi index, Ecclesiæque do-
ctor celeberrimus Dionysius: Summus, in- Diory.
quit, Sacerdos pro immundu non orat, quia in celib.
hoc auerteretur à diuino ordine. Item postea: c. 7.
Non orat peccatoribus remissionem, quia non au-
dierit pro illis.

Post hunc statim hoc inculcauit sanctissi-
mus Augustinus, nempe omnibus hinc si-
ne fide, quæ per caritatem operatur, acce-
dentibus adhæc sanctissimis Ecclesiæ Sacra-
mentis, decadentibus suffragia & preces
ne vel minimum prodesse. Arquitales esse
constat eos qui apud inferos commoran-
tur, ut

eur; ut qui sine charitate, sine bonis operibus, meritis, pœnitentia mortuisunt. Di- cendum est igitur, & quidem certissime, quidquid patimur vel agimus, nostraque vota, suffragia, sacrificia que nihil illis omni- nino profutura. Et quoniam doctor ille to- ties docuit, Martyri iniuriam facere eum qui pro Martyre Deo supplicat; cum ille de salute iam certissimus sit, & orationes in vanum fundantur: ita ipse vicissim affero, damnato iniuriam fieri, eiusque supplicia adaugeri ab eo qui precibus ad Deum fusis pœnam eius gelitis imminuere, cum in æ- ternum sine villa venia spe condemnatus sit, ipsasque intercessiones in vanum ce- dere.

Nam Psalmista aperte profitetur, non esse in hominis potestate, precibus damnatos redimere, aut eorum debita dissoluere, & à maiori ad minus argumentans, hanc qua- stionem proponit, frater non redditus, reámet homo? Id est, Ipsi Es vs C H R I S T V s, qui noster secundum humanam naturam frater est, damnati vnius pœnas sine suæ violatio- ne iustitia imminuere aut relaxare non pos- set, qui igitur homo nuda suffragiorum suo- rum vi innixus hoc præsumat, aut speret, stultum est igitur & arrogans, hoc velle pre- sumere, aut tentare.

Impiorū Addam adhæc & quidem vere, licet San- daminatio etorū Angelorumque chori, ipsa quin eternā est, iam glorioſissima Dei mater Maria, geni- bus in terra prostratis, lachrymantisque pro vincō damnato Deo supplicarent, om- nes ne minimum exauditumiri. Decretum enim à summo Numinе pronuntiatum ir- reuocabile & certissimum est. Cur enim putatis, inter cætera Dei attributa, quæ Theologi illi tribuant, immutabilitatem eius principem locum obtinere? an ut hinc manifestum fieret, naturam eius nunquam mutari posse, ut quidem ait Dauid: ipsi per- ibunt, tu autem permanes, & sicut operosor: um mutabis eos, & mutabuntur: tu idem ipse es, & mutui non deficiens, fieri quidem pos- set, sed crediderim potius ut iustitia eius immutabilitas, sententiæque latæ firmitas hinc colligeretur, ideo ipse per aliquem Pro- phatarum ait: Ego enim Dominus, & non mu-

tor; at homines varij sunt & inconstantes, & facile ab uno in aliud commutantur, quos reprehendit Ecclesiasticus, dicens: Stultus sicut Luna mouetur, at Deus, qui ipsa- met sapientia est, idem semper permanet, tam in verbis & actionibus, quam in essen- tia. Adeo ut quam semel in impio & dæmo- nas sententiam tulit, nullo vñquam tempo- re reuocari, nec precibus pœna relaxari queant.

Confirmat hoc sanctissimus Abbas Ber- nardus: Erit, inquit, tunc nō misericordia tem- Serm. 8. ſu- puſſed iudicij, nec villa omnino credenda est erga per Psalm. impioſ futura illic miseratione, ubi nec villa spe- Qui habi- randa est correctio. Item Cyprianus, tanti o-

lim in Africa nominis, quanti hic in Gallia, Lib. ad Du- In inferno nullum est ſolatium, nulla conſolatio, meritis nū. nulla diminuſio pœnarum. Atque iterum Ber- & Serm. de- nardus: in carne cruciabuntur per ignem, in ascensione spiritu per conscientia vermem, ibi erit dolor in- Christi. tolerabilis, timor horribilis, fœor incompara- Lib. Med. bitus, mors anima & corporis, fine ſpe venia &c. &c. misericordia. nullus igitur illic venia locus. Imo ipse Augustinus libenter professus est, fe, ifciret patrem certo effe damnatum, non magis pro eo quam pro diabolo rogaratum: Sape enim, inquit, orationem pro damnatu in decretis prohibitam legi. Sciebat igitur, pre- ces pro damnatis effusas, inutiles & incas- sum effe, eosque labyrintho quodam con-clusos teneri, è quo liberati nequaquam que- ant.

Refert Plutarchus, Athenienses, quoties Plutarch. liberos in Cretam mirerent, in qua à mino- in vita taurō dilaniarentur, in labyrintho naues ni- gris velis, antennis & supparis adornare soli- tos: designare nimis volebant, nunquam eos in patriam viuos reddituros: ita dico illos qui ex hoc mundo in alterum succedunt, quo infernalem labyrinthum ingrediantur, animarum suarum cymbas nigris conuestire posse, ut designant nuaquam fese ad vitam reddituros; vnde Iob: Antequam vadim & Iob. 10. non reuertar, ad terram tenebroſam & opertam mortis caligine.

Adeo ut penitus inutile & vanum sit pro damnatis Deo supplicare, nostraque vota ac preces nullum iis emolumentum afferant. Et ut simul respondeam iis quæ in contra-

Ff 3. rium

riu*m* allata sunt, dico solatium, quod calu*m*ia, illa, quae S. Machario respondisse legitur, damnatis ex fidelium precibus euenire dicebat, non tam ex pœnarum imminutione solitum oriri, quam quod se inicem sancto viro orante, conspicerent, atque ex mutuo illo conspectu inane illis gaudium nascetur, quale Sacra Scriptura demones habere testatur, quando homines in peccatum præcipitant, & eo modo quo Angeli doleant & affliguntur, quando peccatores in peccatis perseverant, quamvis nec illi gaudium, nec hi cruciatum sentiant, aut utrumque illis aliquo modo augeatur, aut minuantur.

Traiani
historia
quomodo
intelligi
debeat.

Quod vero ad Traiani historiam spectat, quamvis de eadem multi dubitent, probabilitate tamen asseri potest, vere eum ad vitam Sancti Gregorij precibus resuscitatum esse, rediuiumque per pœnitentiam veniam delictorum, ac proinde exemptionem à suppliciis impetrasse, adeo ut verisimile videatur, nondum eum penitus condemnatum fuisse, aut ad inferos detrusum sententia s. condamnationis eius, præuisis nimis sanctissimi viri precibus, nondum executioni mandata: non enim erat finaliter in inferno deportatus, ut nostræ Rubricæ loquantur. Atque hinc manifestum est, vota, preces, suffragia; aut aliquid aliud sanctum exercitium, iis qui semel ad inferos condemnati sunt, nequaquam posse conducere.

Duo da-
mnatorū
genera.

Fuerunt tamen aliqui, qui nescio qua levitate vel audacia, temporis s. & personarum distinctione habita, docere præsumperunt, post vniuersalis quidem iudicij diem, neminem omnino damnatorum, viuorum suffragiis iuuari posse, sed ante, & quandiu vita huius curriculum permanet. Deinde, quamvis non eadem omnium, avaria peccata sunt, atque inter peccatores reperiuntur, qui pessimi fuere, & grauissima peccata commisere, quales sunt iij quis sine villa fide, Sacramentis, sine villa religione hinc discesserunt, docuerunt igitur his, quoniam de Ecclesia non fuere, nec quo ad numerum, nec quo ad meritum, preces fidelium prorsus inutiles esse; aliis porro, qui non in sum-

mo gradu improbi, sed de fidelium numero fuere, fidei professi sunt, Sacraenta suscepere, atque aliqua bona opera fecere, easdem aliquo modo prodesse. Sed quoniam videbant, pœnas inferni, quæ quamvis intentione & gravitate non essent infinita, erant tamen extensio & duratione, suffragiorum multiplicatione & augmento, tandem aliquando penitus deserit posse, quomodo sensit Origenes; ut hæc, inquam, incommoda subterfugerent, in grauissimos errores inciderunt, utque hanc in absurditatē non impingerent, varia diuerticula excogitarent.

Dixerunt enim alij, longissime à veritate abertantes, suffragiorum multiplicatio- rū aliqui nem, damnatos ab omni prorsus pœna exi- pœnas in- mere & liberare posse, non quidem semper ferentes & absolute, ut voluit Origenes, sed ad tem- suffragiis pus, ad usq; ultimum videlicet iudicij diem: Christia- post quem eorum animæ corporibus suis norū pe- iterum unitæ, ad æternæ supplicia, num- natus au- quam amplius liberandæ, detruderentur. Ferri pos- Sed intolerabilis est hæc opinio, neque enim se. verisimile videatur, ut manente culpa non maneat supplicium; & quoniam illa in æ- ternum, teste Scriptura, manet, superbia eo- rum quæto derunt, aetendit semper, supplicium quoque sempiternum, & numquam finie- tur.

Alij vero quid nouum commenti sunt, Alij vero dixerunt enim se pœnas quoad diminutio- tradidie- nū, ut lineas, habere: nam quamvis lineæ rū pœnas in se finitæ & limitatae esse videantur, in in inferno plures tamen infinitas extremitates diuidi possunt; quocumque enim modis diuidantur, nunquam tamen haberi finis earum potest, modo subtractio in partes proportionem quidem, non autem quantitate æquales, fiat. Nam, testibus Philosophis, linea est diuisibilis in infinitum, neque enim ali- quod continuum in tot subdiuidi partes potest, quin semper in plures diuidi queat. Ita quoque in diminutione pœnarum fie- ri putabant, quamvis enim oratio vnius vnam tormentorum partem, & alterius aliam, & sic de ceteris in infinitum ascen- dendo, auferat, tamen ad summum li- cet multiplicata illæ preces perueniant, nunquam

nunquam oceanum illum profundiissimum exsiccare, aut pœnas ita dissoluere poterunt, quin semper infinitæ soluendæ restent.

Ceterum omnia hæc falsissima sunt, tandemque à veritate, quantum cœlum à terra, distantia; neque enim pœna diminui potest, quin simul & culpa, sicutem aliquo modo, minuatur: quemadmodum & ablata penitus pœna, auferitur & culpa. Atqui peccato apud inferos semper eodem in statu permanente, non videtur simile vero pœnam immutari. Deinde iniquum videtur, secundo suffragio minus imminui aut auferri de tormentis quam primo, si vanus utrumque valoris, eiusdemque sit efficacia. Adhac ut hanc cum lineis philosophicis similitudinem refellamus; quemadmodum in linearum diuisione sepius subdividendo ad minutissimas tandem particulæ peruenit, qua diuidi nequeant, & atomæ videantur: ita quoque post varia tandem suffragia precepsque, pœna qua apud inferos sustinetur, sensim ita exigua & minuta redderetur, ut vix sensibus perciperetur, ac proinde nō amplius pœna dicenda foret.

Cassiodo- Cassiodorus eques & senator Romanus, sententia. qui Theodoro Regi Gothorum à secreto & consiliis fuit ac tandem Abbas Rauenas, magnæ eruditio[n]is & sanctitatis, cuiusque historiam Ecclesiasticam, quam Tripartitum vocant, magni semper fecit antiquitas, nouam etiam sibi hac super re sententiam commentus est: sensit enim, vere damnatis suffragia viuentium prodesse, non quidem suppliciorum tormentorumque diminutionem aut interruptionem, sed tandem ad aliquod solamen, confortationemque & animi noui suggestionem: Nam quemadmodum inquit, illi qui aliqua sarcina grauatus est, si faciem frigida lauer, licet onus non minuatur, vires restaurentur & nouum robur additur, quo minorem in fermento molestiam sentiat: ita quamvis infœlices illi Sylphi, qui graue illud tormentum humeris saxum & petram sustinent, nullam re ipsa diminutionem pœnarum per suffragia viuentium sentiant, quasi pœna ita toleratu[m] facilitior fiat, aliquid tamen lenimen re-

creationemque percipiunt, maioresque animos in æquanimiter tormentis tolerandis acquirunt. Hæ quidem Cassiodori sententia, & simul diuerticula varia & anfractus præclaræ huiusc sententiae.

Sed male quoque eadem, ut cæteræ, fundata est nimisque videtur audax, omniumque Patrum opinioni penitus contraria: tum quod omnes damnati extra vincula charitatis, per quam viuentium opera pia & meritoria mortuis communicantur, constituti sunt, tum vero quod ad vitæ terminum & ultimum naturæ finem peruenere, ut iuxta merita ultimam mercedem accipiant: tam enim reprobæ in suo cœtro, quam electi in sua sunt patriæ: nam quidquid vel ad gloriam corporum beatorum, vel ad tormentum reproborum, iudicium ultimum expeditando deest, radicaliter & essentialiter in anima consistit: adeo ut quemadmodum priorum gloria, quantum ad præmium essentialie, crescere non potest vel augeri; ita quoque posteriorum supplicia tormentaque immixtū non possint.

Angelicus Doctor Thomas manibus p-
dibulque in hanc sententiam concedit, &
quamvis sciat non multum referre si suffra-
gia viuorum damnatis prodesse dicantur, Damnatis
necae, non quidem quod diminutionem aut nulla suf-
fragea pro-
interruptionem pœnarum vel aliquid in iis-
dam solamen, sed quoad ablationem dolo-
sunt.

Nam quidquid vel pars illis esset cruciatus, si
ab omnibus se desertos viderent; qui dolor
auferitur, dum vident viuentes de se sollici-
tos esse precesque effundere. Concludit ta-
men, latius esse credere, vota, precepsque &
suffragia ne minimum damnatis prodesse:
atque hoc potissimum argumento innititur,
quod nihil eorum, qua hic geruntur sciant;
quod & Augustini testimonio confirmat,
libi sunt, inquit spiritus defunctorum, damnatos Lib. de eu-
intelligit, ubi non vident quacumque aguntur, rapti mor-
aut eueniunt iniusta: ita ab hominibus Quomo- tuis agoda..
doigitur è re quam penitus ignorant, sola-
men aut lenimen trahant ecce & alia ratio.

Absur-

Damnati nihil nō ruat eorū quæ in hoc mun- do cōtin- gunt. Absurdum profecto foret, damnatos beatis ipsis beatiores statuere, illorum sortem horum sorti anteferre, atqui constat sanctos nihil penitus nosse eorum. quæ hic in tetric geruntur, nō si ex diuinæ essentia conspectu ipsa enim instar lucidissimi speculi est, in qua omnia, quæ scire desiderant, conspiciuntur.

velex singulari Angelorum reuelatione: At in inferno neutrum horum habetur: ignorantitur quidquid in hoc mundo geritur, ac proinde & preces, quæ pro iisdem funduntur: quas quandoquidem ignorant, nullum ex iis solatium aut gaudium haurire queunt. Cœptam igitur quæstionem & materiam hoc vno epiphonemate concludamus, omnia quæ in damnatorum gratiam fiunt, quidquid ad eorum solatium mortales vocent, precantur, aut agunt, quidquid et iam coniunctis votis orat Ecclesia, nullum iis emolumentum afferre posse.

Damnato rum miseria exag- gerantur. O igitur infelix ac misera damnatorum conditio! O veremiseros & deplorandos! An non enim vobis intolerabile videatur Auditores, ac graue, omni penitus solatio, auxilio, spe, imo & suffragiorum ope frustratum esse? an non crudele est, semper iratum habere Deum, Angelos exacerbaros, sanctos irritatos, homines indignantes, dæmones aduersantes, totum denique terrarum orbem infestum? scriptum namque est, *Pugnabit cum illo orbis terrarum contra infestatos*. Quis, obsecro, hic in pariendo æquanimus sit? vbi nullum affulget solatium, sed perpetuus dolor sine indulgentia? O furor! O desperatio! O crudelitas inaudita!

Sap. 2. Psal. 76. Ibid.

Pius ille Rex David, qui Domini semper timorem ob oculos habebat, toto corpore tremebat, cum has ærumnas & calamitates animo volueret: ait enim, *renuit consolari anima mea*, & rationem adiungit, *Anticipaverunt vigilias oculi mei: turbatus sum & non sum locutus, cogitavi dies antiquos & annos eternos in mente habui, quibus impii apud inferos excruciantur, atque ita interdum secum noctu meditabatur spiritumque suum, ut de se ait, poscebat, Nunquid in eternum proicit Deus, aut non opponit, ut complacitor sit adhuc? aut in finem misericordiæ suam absindet, à genera-*

tione in generationem? aut obliuiscetur misereri Deus, aut continebit in ira misericordias suas? Noli dubitare Princeps religiosissime, est enim certissimum, imo & fidei nostræ articulus; nullum damnatis venia aut indulgentia locum superesse, misericordia illis ianuam esse occlusam, iustitiam solam vires & cornua exercere, nullisque eam votis aut sacrificiis flecti aut moueti posse.

O factum vere nouum & inauditum! O tristem & calamitosum nuntium! Ionathas ecce vnicus regni Israeliciti hæres, à patre ad mortem depositus, & vniuersa populi multitudine pro eiusdem salute Sauli supplicat; qui precibus victus vitam illi condonauit. Mulier illa Thecritis, Absalom restitucionem exiliisæ solutioñem, quo aula & domo paterna exclusus erat, postulans, eadem etiam impetravit. Esther regina pro totius Iudaici populi, qui ad necem iam publico regis decreto depositus, salute Asielito regi supplex facta, decreti irritacionem & abolitionem obtinuit, vitamque iisdem conseruauit. At quamvis hic cœlum & terra, homines simul & Angeli, eoram regum Rege in genua prostrati, pro vnius damnatae animæ salute, deprecarentur, nulla ratione exaudirentur, & incassum eorum preces cederent, hic enim obsurdescit, nam decreti illius sententia immutabilis & irreuocabilis est. Ita tempore de se apud Prophetam testatur: *ut sciat omnis caro, quia ego Dominus eduxi gloriam meum, id est, sententiam, de vagina sua irrevocabilem*. O sortem vere deplorandam!

Hæc dum secum attentius meditaretur Bernardus, exclamat, quasi desperans & patientia excidens, *O dies detestanda, o dies abominanda, o dies penitus non nominanda que me in hoc saculum protulit, que mihi claustra ventris aperuit, melius mibi fuisset non esse in hoc saeculo natum, quam in inferno perpetuo cruciari: melius mibi fuerat non esse genitum, quam pati aternas penas gehenna: satius mibi fuerat non esse in hoc mundo procreatum, quam pati eterna malitia: flete super me cœlum & terra, plorante me omnes creatura. O verba horrenda, horrore ac terrore plenissima!*

Vale-

Valeant igitur, ô miseri, preces & suffragia ex animi ardore effusa: valeant ieiunia, valeant eleemosynæ, valeant incruenta & propitiatoria Missæ sacrificia, valeant vota & supplications, nihil quippe superest, cuius participes effici possit; omnia hæc incaſsum erunt. Respxisse huc viſus est Christus, cum in Augustissimi Eucharistia Sa-
cramenti institutione hæc verba usurpauit,
Matt. 15. *Hic est calix sanguinis mei, qui pro vobis & pro mulierum effundetur in remissionem peccatorum.* vbi notate verbum *mulierum*, quo docere voluit, sanguinem eius nunquam in ara crucis pro damnatis effundendum, aut pro iisdem in sancto Missæ sacrificio offerendum, quorum nec peccata eodem remitti, nec pœnæ imminui possunt.

Oſtenditur ratio-
ne, nō de-
bere viuos
pro dam-
natis exo-
rare.
Pſal. 57.
Pſal. 149.

Nolite igitur amplius, ô mortales, qui vitæ huius munere adhuc fruimini, & in hoc mundo versamini, pro sceleratis illis & perditis Deum precibus fatigare, aut pro iisdem sacrificia Missarum offerre. In vanum enim cedunt omnia, quæritis pīces in aere, & in mari aquilas, mortuis & surdis verba facitis, & Æthiopem lauatis: nolite, inquam, cogitare, precibus vos illis posse succurrere, nolite pro eisdem intercedere nam si preces & vota hic prodeſſent, & pro iis orandum eſſet, ipſi proculdubio Sancti, quorum charitas maior est & ardentior, id facient: at tantum abeat, ut pro sceleratis illis ac miseris supplacent, vt eos detestentur & exosos habeant, inque eorum ruinis lætentur. Ita ſcilicet ſcriptum legimus, *Latabitur iustus cum videretur vindictam, item, Exultationes Dei in gutture eorum, & gladii ancipites in manibus eorum ad faciendam vindictam in nationibus.* Si in eorum interitus rideant, & patentibus exprobrando insultent; quomodo eis condoleant & compatiantur, ſi gladios ad vindictam de eis ſumendam manibus geſtent, quomodo preces ore effundant, quibus eodem iument?

Quid videatur ne æquum Angelos & Sacerdos iis indignari, & homines illorum patrocinium ſuscipere? Inutile igitur eſt ac vanum pro huiusmodi animabus Deum obſecrare, quod pluribus æquo verbis aſtruere ſum conatus, alia iam materia auspicanda, damna-

Tom. 4. Bef. Aduent.

torumque numerus subducendus, vt in initio promiferamus. Incipiamus igitur.

III.

Damnatorum numerus & multitudine ingens eſt & copiosa, & vt Sapiens ait, infinita, *Stultorum infinitus eſt numerus*, id eſt, damnatorum. Multo id evidenter ex verbi Euangeliſ, quamvis tropologice & figurae prolatis, adſtrui & confirmari potest; *Lata eſt porta & ſpatioſa via qua ducit ad perditionem, & multi intrant per eam, quorum hic Numerus* fensus eſt. Infernus palatium tenebroſum eſt & receptaculum confuſionis, cuius aditus & ianua late patentes ſunt, & via quæ ad ipsū ducit, lætiſſimæ & tuſiſſimæ, per quas noctes atque dies & nullo non tempore pluriſi properant.

Duabus idipſum parabolis innuere voluit *Luc. 14.* Redemptor Christus: prima eſt de homine Rege faciente nuptias filio ſuo, ad quas quidem plurimos inuitauit, ſed nullus inuitatorum voluit ad eſſe, hic dixit ſe villam emiſſe, eamque probare velle; qui Ambitiosos denotat, ille ſe aliquot boum iuga comparafte, quos probare oporteat, ſunt hi Avari & pecuniae ſerui, alijs excusabat ſe quod uxorem duxisſet, nec rem ſe familiarem periculo expositam velle, qui typus ſunt Luxuriorum.

Ita igitur rex, talemque ignominiam haud æquo animo sustinens, omnes quos in compitis & triuīis reperire erat, cæcos, claudos, & debiles intrare compulit: ſancte iurans, neminem eorum, qui ad nuptias vocati erant, connam gustaturum. Parabolæ autem *Matt. 22.* conclusio hæc eſt, *Multi, id eſt, omnes sunt vocati, pauci vero electi.* Quid umbra hæc rei denotat? ecquod ſub hiſce inuolucris myſterium latitat? Rex hic Deus Pater eſt, Filius, Christus, nuptiæ ipsa beatitudo; inuitati, ſunt homines, qui rebus huius ſeculi animum affigentes, rerum cœleſtium negligentes ſunt, & propter nullius pretii lucellum, bonum infinitum amittunt. Deinde hinc ostenditur, numerum ad æternam beatitudinem vocatorum infinitum eſſe ſed quam pauciflmos ad eandem pertinere. *Multi ſcilicet, ſunt vocati, pauci vero Luc. 8. electi.*

Gg Altera

Altera est de semine; Pareū namque familias postquam vomete terram proscidisse, & semen eidem commisissere, quarta duantur illius pars in terram bonam secidit, & exortum fructum centesimum protulit, aliud vero secus viam, aliud in loca confragosa & petrosa, & aliud inter spineta ac dumos secidit. Quis est, vestro quidem iudicio, Auditores, magnus ille paterfamilias, nisi Christus Iesus, semen illud, nisi Euangeliū, fidēs, charitas, operaque bona & meritoria? petræ, viæ & dumeta an non peccatores denotant, & bona illa terra, iustos? qui cum quartam hominum partem nō constituant, soli salutis fructum proferunt, semenque concreditum & talenta Euangelica commissa producentes, soli ad beatitudinem æternam, ceteris hominum ad inferna ruentibus, perueniunt.

Zach.13.

Aliud etiam innuit Propheta Zacharias dicens: Erunt in omni terra, dicit Dominus, partes dua, dispergentur & deficiunt, & tertia pars relinquetur in ea: quo in loco de electis locutus est: quod & ipse Dominus sacerolante ore suo deinde confirmauit dicens, Arba est via, qua ducit ad vitam. & pauci ambulant per eam: innuens, prædestinatos paucos ad modum numero esse, sed reprobos, infinitos.

Matth.7.

Sanctus ille senex Simeon, cum redemptorem Christum, orbis prærium, vlnis, medius inter gaudium & merum constieetus, stringeret, aliquid etiam innuit, dum ait: Ecce hic postea est in ruina multorum in Israhel. Quasi dicaret: Vide hie exoptatum Melliam, desiderarum hominum redemptorem, qui, ut nos seruer, in cruce morti, sanguinem effundere, viam prodigere, omnianque nostra debita debet dissoluere. Ecce eum, cuius mors & passio tori omnino mundo proderit, ac totius orbis delictis satisfacier: & ramen paucissimi eius sibi meritum applicabunt, plurimi candem contemnent, multis in ruinam & offendiculum, paucis in salutem erit. Breuiter denique ait, numerum electorum exiguum, dominatorū vero infinitum futurum.

Ex tot hominum millibus qui tempore Noc in orbe viuebant, octo tantum perar-

cam, ceteris vnda submersis, seruati sunt. Nunquid hic docemur, secundo diluvio Figura, quod per Prophetam prænunciatum est: Gen.7. Verumtamen in diluvio aquarum multarum ad eum non approximatum, per orbem leviente nō quidem diluvio fluctuum aut vndarum; Psal.; sed flammarum & ignis, eorum qui per se eram illam humanitatis Iesu Christi qui versus Noe est, arcam saluabuntur, numerum admodum exiguum fore, & ceteros omnes sub æternæ damnationis vndis sepeliendos? Ecce & aliam.

Ex incendio Sodomitico, de tot ciibus, quibus quinque illæ ciuitates scatabant, quatuor tantum, teste Scriptura, Loth nimis cum vxore & filiabus, exempti fure, igne cereros consumente & in cineres redigente. O historiam tragicam ac lugubrem! quid autem designat aliud, quam generalis illius incendi tempore paucissimos à diuini furoris rabie & impetu liberandos, plurimos & infinitos à iustitia flamnis inuolucados & depascendos. Tertiam addo.

Cum Iericho vrbis fortissima, in limite regni Chanaan constituta, quæque Israelitas sapientius ausa est lacessire, ferro & flamma deletertur, nulla domorum præter Raab meterricis incolis seruata est; nam quidquid in eadem turri, domorum, palatiorum reliquum fuit, hostilem gladium & furorem sensit. Triste profecto exemplum, sed mysteriis tamen scatens, & significans, in generali terius orbis excidio, in quo lapis super lapidem non relinquitur, ex tot hominum in hoc mundo viuentium millibus, paucissimos salutis æternæ confortes fore infinitos. vero peccatores mactandos, opprimendos, expilando, æternaque damnationi futuros obnoxios. Postremam hanc statuo.

Incredibile profecto forer, nisi sacra scriptura fidem faceret ex sexcentis Israelitum millibus, Aegypto egressis, & ad terram promissionis anhelantibus, duos tantum, Caleb & Iosue candem intrasse, ceteris in vasta Sinai solitudine, antequam eodem peruenierint, extinctis. At multo terribilis est audire

Cant. 6. audire & credere, ex yniuersa Ecclesia militante (quæ instar aciei, fidelium est, de qua dictum est: *Terribilia ut casrorum acies ordinata,* & quæ tot milicium centurias legionesque sub se habet, ut eas Iob numerari posse diffidat) in mundi huius, qui vere Ægyptus est, exiit, paucos admodum æternam beatitudinem, quæ vere promissionis terra est, ingressuros; carceres omnes in deserto Plutonio semper viuentes morituros. Verum igitur est, quod in Euangeliō legitur: *Multis sunt vocati, pauci vero electi.*

Matth. 22. Quid vobis videtur, Christiani? Quid ad tristia haec nunquam dicitis: an non percellimini, cum tam infinitum damnatorū fore numerum auditis, & viam, quæ ad perditio- nem ducit, esse largissimam, & quæ ad vitam, maxime angustam: an non vobis curique verstræ metuitis? Et sane Sernator hominum Christus perfidi ludæ proditionem perfidi- amque cum detergeret, diceretque: *Vna ve- strum metaditurum est;* ceteri Apostoli ex- pallescere, timere, & contristari ad tantam impietatem corpore, quamvis unus tan- tum coniurationis initia reus esset, ac proinde pœnam commeritus. Vos vero quomodo non contremiscitis; cum tam ingentem damnatorum multitudinem vobis propo- nitis? Sed dicendum est, aut vos carere iudicio, aut hoc loco ipsum adhibendum esse.

Simile. Si Rex aliquis potentissimus, summaque apud subditos auctoritatis per aliquam regni urbem perraufundo, alicui è seditionis & contumacibus mortem dirissimam im- misere denuntiaret, ut nimis viuus ex- coriaretur, grauiter torqueretur, aulento igne exureretur: quo in angore ciuitas haec foret, quomodo sibi singuli coniura- tionis & seditionis concisi metuerent, ve- riti ne haec in caput suum faba euderetur? Verum enim vero regum Rex CHRISTUS toties liceret, per magnæ huius orbis, mundi annorum, vias transfundendo, cum in carne apud nos ageret, denuntiarit, plurimos ex eius ciuitibus, propter rebellionem & con- tumaciam, morti adiudicandos, torquen- dos, æternisque ignibus exwendendos; nemo

tamen sibi metuit, nemo perhorrefecit. Ob- trum aut quatuor horarum tormentum, quod unicus sustinere debet, omnes sibi mescent: & propter rotundatorum milia, & quidem ad pœnas atrocissimas & æ- ternas nemo vel vultum contrahet aut mu- tabit. O furor! o vesania! o hominum demen- tia!

Si Astrologus aliquis tori exercitu præ- dicteret, post quinque aut sex horas, fulmea aliud, cœlo decisum, & unum ex yniuerso nu- mero certissime eodem encandum, quo- modo sibi singuli metuerent, quomodo si- bi hic miles timeret, quomodo expallesce- ret hic centurio, quomodo tremeret hic chiliarchus, ne fortasse ignea hoc telo fe- riretur. Ita quoque CHRISTVS SVS, qui omnium futorum præciosus est, & quem nihil latet, in medio olim Ecclesiæ, velut in quadam acie, versatus; certissime fur- rum prædixit, iustitia sua ut fulmen in plu- rimos hominum decideret, atque infici- eodem extinguerentur, nemo tamen me- tuit aut apprehendit, o supinam securita- tem! o negligientiam nimis ah securam! o animos nimium sibi confisos, vitæque libe- rioris!

At vos non ita, Christiani, nolite tam al- tum virtiis indormiscere, nolite mundo ad- eo adhaerescere, cœlum spectare, infernum fugite, supplicia haec perhorrefcite, infe- licem & miserum damnatorum statum præ- oculis habetote, ac vobis cum dispicite, num quis in mundo haberi infelicior po- test: nouissima vestra, & præsertim infernum, locum illum teaterrimum & maxime horrendum, damnatorum, inquam, carcerem, semper animo voluite, atque ita fieri: ut vitam cum virtute instituturi sitis. Un- der Bernardus: *In omnibus operibus tuis me infor- morare nouissima tua, & in eternum non peccabi:* mortis horrorum, iudicij tremendum discri- men, ardenti gehenna metum ab oculis cordis tui elongari nullatenus patiaria. Et Sapiens: Me. Ecclesi. 7. *morare nouissima tua, & in eternum non pecca- bis.*

Paratum cor nostrum Domine, paratum haec semper animo volvere, tamque lugubri cogitatione mentem pascere, ut in nullas

Gg 2 alias

CONCIO PRIMA

DE GLORIA COELESTI.

alias cogitationes distrahat: & sane quādiū spiritus hos reger artus, ratio vigebit,
 & iudicium nobis constabit, aliud nihil
 præ oculis habebimus, quam abyssum illam
 infelictem, horrendum illud antrum, laby-
 rinthum illum inextricabilem, varias super
 eodem considerationes meditationesque
 procedentes: quomodo scilicet mundi cen-
 trum sit, locus infimus ac vilissimus, om-
 niumque locorum infelicitissimus; omnium
 sordium, immunditiarum, fœtoris, & viru-
 lentiae receptaculum, omnium scelerato-
 rum, homicidarum, prædonum, sacrilego-
 rum, lenonum, carnalium, parricidarum-
 que, qui iam inde à mundi exordio vixerent,
 ex quo homines esse cœperunt, colluviens.
 Atque ubi loci horrorem perspeximus Do-
 mine, abyssi dominator, oculos tandem in
 infelictem damnatorum sortem, & lugubrem
 captiuorum illic conditionem coniiciens,
 quomodo scilicet nunquam illinc
 egressi sunt, ut viuant sine vita, & absque
 illa liberationis spe ibidem torqueantur: ut
 dæmones eosdem mille tormentis excrucient,
 flammæ nocte dieque adurant, ipsa
 quoque conscientia aculeos acerimos infi-
 gar. Illa scilicet erat Philosophia & Theo-
 logia nostra, omne denique studium no-
 strum, ut malis his & calamitatibus præ o-
 culis habitis, ac discriminibus consideratis,
 de infelici damnatorum numero non si-
 mus, sed viam latam, qua ad perditionem i-
 tur, declinantes, semitam quæ ad æternam
 beatitudinem dicit, ingrediamur, ad
 quam nos deducant Pater, & Fi-
 lius, & Spiritus sanctus.

A M E N.

DOMINICA QVARTA
ADVENTVS.DE MEMORIA GLORIÆ COE-
LESTIS.

Partitio.

- I. Quod admiranda sit cœlestis gloria.
- II. De eiusdem valore ac quantitate.
- III. Adumbratio quadam gloria cœlestis.
- IV. De utilitate ex gloria illius consideratione.

Memorare nouissima tua, ac præsertim
 gloriam cœlestem, & in æternum non
 peccabis. Eccles. 7.

F I G V R A.

Exploratores, qui in terram promissionis Num. 13.
 profecti erant, reuersi cum essent, terræ
 que fertilitatis specimen attulissent, popu-
 lum qui in deserto tentoria explicauerat, ita
 recrearunt confirmaruntq; , ut relicta quam
 habebat in Ægyptum reuertendi, & ad ollas
 carneas fedendi voluntate, cultuque idolo-
 rum ex castris profigato, vel in ipso loco
 mori, vel tam fertilem feracemq; terram gla-
 dio & viribus parare proposuerit. Figuræ
 huius vestigiis insistens, ipse mihi persua-
 deo, esse methodie velut exploratori ad vos
 destinatum, quo Paradisi gloriæq; cœlestis,
 quæ vere Terra promissionis est, specimen,
 vobis demonstrem, eiusque fertilitatem, ab-
 undantiamque ob oculos ponam: simulque
 credo, ad eorum vos adspectum ita animando
 permouendosque, ut omni prauo erga
 Ægyptum, hunc mundum intelligo, affectu
 deposito, cultuque idolorum, id est, pecca-
 torum, valēdientes, ad ferendum, fortiter
 agendum, imo si necesse forcer, moriendum
 vos ipsos disposituri sitis, quo tam felicis re-
 gni incola effici valeatis. ò felix nuntium!
 non iam de horrenda morte, de terribili iu-
 dicio,